



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCXXXVI. Der Römische König Albert versöhnt sich mit Wenceslav, dem
Könige von Böhmen und Polen, wegen der Uneinigkeiten, welche bei
Lebzeiten des Vaters des letztern stattgefunden hatten, und ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

Illustres Domini, Otto, Hermannus et Woldemarus, Marchiones de Brandenburg, nobis vel nunciis nostris, quos ad hoc duxerimus deputandos, terram Misnensem et castra et civitates infra-scriptas videlicet castrum Misna cum civitate, castrum Vriberg cum civitate, castrum Dobelin cum civitate, castrum Hagen cum civitate, castrum Osfiez cum civitate [et castrum Grym cum civitate, que et quas in terra ipsa eis felicis memorie Dominus Wenceslaus, quondam Boemie et Polonie rex, pater noster karissimus, obligauerat, presentabunt, statim eis et ad manus eorum vel illis, quos ipsi ad hoc deputauerint, terram Pomeranie presentabimus eodem jure, quo predictus pater noster et nos post eum tenuimus terram ipsam, sic tamen quod terrigene et alii terre ipsius incole possessiones, bona et jura sua jure quo debeant, retineant, et illi, quibus per predictum patrem nostrum vel per nos possessiones vel bona aliqua in terra ipsa, usque ad diem compositionis, inter nos et dominum Albertum Romanorum regem, auunculum nostrum, anno domini M. CCC. V. quinta feria post vincula Petri in Praga celebrate, sunt data, sic teneant et possideant, sicut per ipsum patrem nostrum et nos ipsis data fuerunt, ut videlicet, si jure feudi, jure feudi, si jure proprietatis, jure proprietatis habeant et possideant bona ipsa, et ea ab ipsis Marchionibus, sicut a veris terre ipsius dominis, recognoscant. In cujus rei testimonium presentes literas fieri et sigillis nostris cum titulis regis Ungarie, quibus, cum sigillis regni Boemie careamus, nunc utimur, jussimus communi. Datum Prage, anno domini M. CCC. V. VI. Idus Augusti, indictione tercia, anno regnorum nostrorum Bohemie et Polonie primo, Vngarie vero quarto.

Nach Gercken's Cod. VII, 118 und Lucas David Bb. VI, p. 70. Die vielen Fehler beider Abdrücke sind durch Vergleichung verbessert.

CCCXXXVI. Der Römische König Albert versöhnt sich mit Wenceslay, dem Könige von Böhmen und Polen, wegen der Uneinigkeiten, welche bei Lebzeiten des Vaters des letztern stattgefunden hatten, und schließt die Herzoge von Bayern, imgleichen die Markgrafen von Brandenburg, Otto, Hermann, Johann und Woldemar, welche dem Könige von Böhmen und Polen Beistand geleistet, in den Vertrag ein, am 18. August 1305.

Nos Albertus, Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, ad univerforum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, Quod super discordia, quae inter nos ex una parte, et illustrem quondam Wenceslaum, Bohemiae Poloniaeque Regem, ex altera, vertebatur, dum ad vixit, cum ejus filio Illustri Wenceslao, Bohemiae Poloniaeque Rege, avunculo et Principe nostro charissimo, concordiae, quam cum eo cunctis diebus vitae nostrae servare bona fide promittimus, definimus unionem. Primo quod omnis excessus, si quos ipsius avunculi nostri Bohemiae et Poloniae Regis genitor praedictus in nos vel imperium quocunque modo commisit, propter quos in ipsum genitorem suum nostra legalis sententia lata, vel bannum promulgatum fuissent, quae ejus se extenderent ad heredes, praedictum Wenceslaum, Bohemiae Poloniaeque Regem, auunculum nostrum, praedicti quondam Wenceslai, Bohemiae et Poloniae Regis, filium, heredem et suc-

cessorem, ac heredes suos ab ipsis excessibus suis et hannis absolvimus, et in perpetuum auctoritate regia reddimus et esse volumus omnimode absolutos. Promittimus praeterea in Regia fide praedictum Wenceslaum, Bohemiae et Poloniae Regem, avunculum nostrum, heredes et successores suos, Bohemiae et Poloniae Reges, in ipsis Bohemiae et Poloniae Regnis, et omnibus aliis Principatibus et terris ac juribus ac omnibus aliis, quae ad ipsum Wenceslaum, Bohemiae et Poloniae Regem, avunculum nostrum, ex successione paterna vel quocumque alio titulo pervenerunt, nec de jure nec de facto, toto vitae nostrae tempore aliquatenus impedire, etiamsi aliquod jus, quod vulgariter dicitur Anspruch, nobis vel Imperio in eis competeret vel diceremus competere vel nobis et imperio aliquo competere videretur. Sed ipse Wenceslaus, Bohemiae et Poloniae Rex, avunculus noster, heredes ac successores sui, Bohemiae et Poloniae Reges, praedicta regna, Principatus, terras ac omnia supradicta cum pleno dominio et omnibus regnorum, Principatum et terrarum ipsarum titulis, honoribus, juribus, jurisdictionibus, utilitatibus, in terra et supra terram, in regnis, Principatibus, ac omnibus praedictis et ex eis provenientibus, feudalia jure feudi, propria vero et haereditaria jure proprietatis et hereditario, debent obtinere in perpetuum, et ea libere et pacifice possidere. Illustres praeterea, Ottonem et Stephanum, Duces Bavariae; Ottonem, Hermannum, Johannem et Waldemarum, Marchiones de Brandenburg, qui in guerra et discordia praedicta, quae inter nos et praedictum quondam Wenceslaum, Bohemiae et Poloniae Regem, vertebatur, ipsius Regis Bohemiae et fautores et adjutores fuerunt; insuper omnes alios, qui notabiliter et actualiter adjutores vel fautores praedicti Regis Bohemiae et Poloniae contra nos in eadem discordia sunt vocati et inventi, siue sint banniti, siue proscripti vel ablitigati per nos vel per alios, praedictae concordiae et unioni includimus, et inclusos esse volumus tenore praesentium, et eos omnibus bonis, in praedicta concordia, propter praestitum contra nos praedicto Regi Bohemiae adjutorium vel favoremeis ablatis, et honoribus et juribus eorum restituimus et esse volumus plene et integre restitutos: nec quod eis ex hoc in ipsis bonis et eorum juribus et honoribus ulla diminutio vel laesio aut praejudicium aliquod generetur. Promittimus insuper super terris, hominibus, bonis, et juribus terrae Wratislaviensis stare dictis et ordinationi spectabilium virorum, Bertoldi Comitis de Henneberg et Burchardi Burggravii de Magdeburg, per nos et praedictum Wenceslaum, Bohemiae et Poloniae Regem, avunculum nostrum, ad hoc concorditer electorum. De munitionibus autem, si quas ipse Wenceslaus, Bohemiae et Poloniae Regis, avunculi nostri, progenitores in terra Egrensi, quam cum suis pertinentiis ipse Wenceslaus, Bohemiae et Poloniae Rex, avunculus noster, ea integritate, qua ipsa terra genitori suo, per felicitis memoriae Adolphum, Romanorum Regem, praedecessorum nostrum, olim fuit (tradita), compromisit restituere, sua pecunia comparauerint, inter nos et ipsum Wenceslaum, Bohemiae et Poloniae Regem, avunculum nostrum, taliter est ordinatum, ut eodem munitiones discussione juris subiaceant, utrum videlicet ad nos, vel ad ipsum Wenceslaum, Bohemiae et Poloniae Regem, avunculum nostrum, debeant pertinere, nisi ipsas idem Wenceslaus, Bohemiae et Poloniae Rex, avunculus noster, a nobis in feudum voluerit obtinere. In cujus re

testimonium praesentes exinde conferibi, et Majestatis nostrae Sigillo iussimus communiri literas.
Datum apud Nurenberg, XV. Kal. Septembris, Indict. III., Anno Domini M. CCC. V.
Regni vero nostri Anno VIII.

Nach Künig, Reichs-Archiv (S. VI.) Part. Spec. Cont. I., Tbl. I., Forts. I., S. 12. 13. Czerwenka, Annal. p. 262. Pertz, Monum. hist. Germ. Leg. II. 486, 487. Buchholtz, Gesch. der Ehurm. IV. Aufh. 152 ff., am letztern Orte mit dem Datum XI. cal. Septbr. (22. Aug.) 1305.

CCCXXXVII. Hermann, Markgraf von Brandenburg, verspricht die Stadt und Bürgerschaft zu Guben bei ihren hergebrachten Rechten und Gerechtigkeiten zu erhalten, den 1. Januar 1306.

In nomine Domini Amen. Humane actiones a memoria hominum laberentur, si non litterali Testimonio firmarentur; fidele etenim Testimonium habet scriptura, que intereuntibus hominibus, ea, que sibi commendantur, non sinit aliquatenus Interire. Hinc est, quod nos Hermannus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio et Dominus de Henneberg, Reconoscimus et Tenore presencium publice protestamur, Quod Honestos et discretos Cives nostros uniuersos, In ciuitate nostra Gobbyn commorantes, nec non ipsam Ciuitatem Gobbyn, In eo Jure et iusticia Tenere volumus, quo Temporibus ab antiquis usque in hunc diem Jus et iusticiam eorundem tenuerunt seu usi fuerunt. Jam dictum Jus et iusticiam Jam dictorum Ciuium in Gobbyn in his Scriptis publice confirmamus, volentes ut a nobis, nostrisque Successoribus dictis Ciuibus nostris In Gobbyn, de cetero non infringetur. Vt autem Ratum et firmum permaneat, presentem dedimus paginam Sigilli nostri munimine communitam. Hujus rei Testes sunt Henricus pincerna, fredericus de aluensleue, Droyseko curie nostre Dapifer, nostri milites et vasalli, et alii quam plures fide digni. Datum Struczberg, per manus Slotekini, Anno millesimo Trecentesimo VI°, In die circuncisionis Domini nostri Ihesu Christi.

Wilkiei Teemannus Cod. dipl. p. 188.

CCCXXXVIII. Markgraf Hermann von Brandenburg erläßt der Stadt Lauban den Zoll daselbst, am 20. März 1306.

In nomine Domini Amen. Humane actiones a memoria hominum laberentur, si non litterali testimonio firmarentur. Fidele etenim testimonium habet scriptura, que intereuntibus hominibus ea, que sibi commendantur, non sinit aliquatenus interire. Hinc est, quod Nos Hermannus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio et Dominus de Hennebergk, recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod ob reuerenciam Dei omnipotentis et honorem sue sanctissime genitricis Marie, et ob remissionem nostrorum peccaminum nostrorumque progenitorum animarum ob salutem, et propter petitionem nostrorum Ciuium in Lubano commorantium, et propter ejusdem Ciuitatis melioracionem, Renun-